



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

Caput XV. Filii Clericorum illegitimi a quibusdam beneficiis arcendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. LXXXVII.

De Clericis illegitimis.

CAPUT XV.

*Filii Clericorum illegitimi a quibusdam
beneficiis arcendi.*

„**U**t paternæ incontinentiæ memoria
 „a locis Deo consecratis, quos ma-
 „xime puritas, sanctitasque decet, lon-
 „gissime arceatur, non liceat filiis Cle-
 „ricorum, qui non ex legitimo nati
 „sunt matrimonio, in Ecclesiis, ubi
 „eorum Patres beneficium aliquod Ec-
 „clesiasticum habeant, aut habuerunt,
 „quodcunque etiam dissimile beneficium
 „obtinere, nec in dictis Ecclesiis quo-
 „quo modo ministrare, nec pensiones
 „super fructibus beneficiorum, quæ pa-
 „rentes eorum obtinent, vel alias ob-
 „tinuerunt, habere. Quod si in præ-
 „senti Pater, & filius in eadem Eccle-
 „sia beneficia obtinere reperiantur, co-
 „gatur filius suum beneficium resigna-
 „re, aut cum alio permutare extra Ec-
 „clesiam intra trium mensium spatium,
 „alias ipso jure privatus existat, &
 „super iis quæcunque dispensatio sub-
 „reptitia censeatur. Ad hæc recipro-
 „cæ resignationes, si quæ posthac a pa-
 „rentibus Clericis in favorem filiorum
 „fient, ut alter alterius beneficium con-
 „sequa-

„sequatur, in fraudem hujus decreti, & Sæcul XVI.
 „canonicarum sanctionum factæ omni- A. C. 1563.
 „no censeantur, nec collationes secu-
 „tæ, vigore hujusmodi resignationum,
 „seu aliarum quarumcunque, quæ in
 „fraudem factæ fuerint, ipsis Clerico-
 „rum filiis suffragentur.

§. LXXXVIII.

De Vicariis perpetuis.

CAPUT XVI.

*Beneficia curata non convertantur in sim-
 plicia: ei, in quem translata fuerit cura
 animarum, assignetur congrua portio:
 Vicariæ cessent, cura ad
 titulos revocata.*

„Statuit sancta Synodus, ut Ecclesia-
 „stica beneficia sæcularia, quocun-
 „que nomine appellentur, quæ curam
 „animarum ex primæva eorum insti-
 „tutione, aut aliter quomodocunque
 „retinent, illa deinceps in simplex be-
 „neficium, etiam assignata Vicario per-
 „petuo congrua portione, non conver-
 „tantur, non obstantibus quibuscun-
 „que gratiis, quæ suum plenarium effe-
 „ctum non sunt consecutæ: in iis ve-
 „ro, in quibus contra earum institutio-
 „nem, seu foundationem, cura anima-
 „rum in Vicarium perpetuum transla-
 „ta est, etiamsi in hoc statu ab imme-
 „mora-